

20.

Kaiser Karl IV. eignet dem Hospital bei Kamenz drei Hufen in Rosenthal, welche der Pfarrer Johannes zu Neukirch früher von Johann von Doberschütz gekauft hat, und befreit dieselben von allen königlichen Steuern.

Bautzen, 1350 Febr. 17.

5 Hdschr.: Or. Perg. Klosterarchiv Marienstern No. 117. Das wohlerhaltene Majestätssiegel an Pergamentstreif.

Karolus dei gracia Romanorum rex semper augustus et Boemie rex ad perpetuam rei memoriam. Porrecta nobis Johannis rectoris ecclesie parrochialis in Newenchirchen devoti nobis dilecti humilis supplicacio continēbat, quod, cum ipse tres laneos sive mansos sitos in villa Rosental, quas pridie a Johanne de Doberswicz fideli nostro empcionis
10 tytulo comparasse dinoscitur, hospitali prope opidum nostrum Kamencz donare, tradere et conferre salutis anime sue contemplacione decreverit, nos eosdem laneos sive mansos eidem hospitali applicare et unire proprietatis tytulo ex speciali gracia dignaremur. Nos igitur, quibus semper est cordi, singula pietatis opera promovere, prefatis supplicacionibus favorabiliter inclinati laneos sive mansos predictos ab omni dacione steure, berne ac pre-
15 carie quietos, liberos et solutos una cum aliis suis juribus et pertinenciis universis, quemadmodum a prefato Johanne de Doberswicz habiti et possessi fuerunt, predicto hospitali prope Kamencz unimus ac proprietatis tytulo auctoritate regie celsitudinis apropiamus, annectimus ac eciam imperpetuum adunimus, inhibentes universis et singulis advocatis, officialibus et viceofficialibus Budyssinensis advocacie, qui pro tempore fuerint, quatenus
20 hospitale predictum adversus presentis nostre largicionis et libertacionis indultum non impediunt nec impediri per quempiam permittant sub pena indignacionis regie, quam, qui secus attemptare presumpserit, se cognoscat graviter incurrisse, presencium sub nostre majestatis sigillo testimonio litterarum. Datum Budyssin anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo, indictione tertia, xiii. kalendas marcii, regnorum nostrorum
25 anno quarto.

21.

Der Convent des Klosters Marienstern genehmigt einen Vertrag, wonach der Priester Petrus, Sohn des verstorbenen Webers Friczoo, eine vom Kloster auf Lebenszeit erworbene, zum Hospital vor Kamenz gehörige Mühle seinem Bruder Nicolaus genannt Went unter gewissen Bedingungen überläßt.

30

1355 Juni 15.

Hdschr.: Or. Perg. Stadtarchiv Kamenz No. 25. An Pergamentstreifen die SS. der Abbatissin, des Convents und der Stadt Kamenz (Figur III).

Nos Adilheydis divina providencia abbatissa, Amabilia priorissa totusque conventus sanctimonialium monasterii Stelle sancte Marie ordinis Cisterciensis || recognoscimus
35 publice in hiis scriptis, quod cum discretus vir dominus Petrus sacerdos, filius quondam Friczconis textoris in Kamencz, quoddam || molendinum nostri hospitalis, quod situm est juxta ripam, que dicitur dy Trenke, ante muros dicti oppidi Kamencz, ad vite sue tempora pro certa pecunie || summa a nobis comparasset ydemque molendinum aliquamdiu in